



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ**

**Ribadeneyra, Pedro de**

**Coloniae, 1622**

Apud Iac. Eguia[m] existimatio. 144

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44900**

insanoque rideretur. Sed in harū  
rerum sermonibus rarus audie-  
batur; nisi grauibus momentis  
traheretur. Et, si quando alij de  
ipso benignius coram loqueren-  
tur; repentē colligere animum  
& oris ruborem lacrimis confun-  
dere visebatur. 144 Erat à sacris  
ei confessionibus P. Iacobus de  
Eguia, patria Nauarrus, vir ma-  
gno iam natu, ac cetera mirificè  
sanctus: de quo IGNATIVS mihi;  
cū in cælo nos, inquit, erimus,  
Iacobus hic tanto nobis conspi-  
cietur superior, vt ægrè etiam cō-  
spiciatur. Is, inquam, huiuscemo-  
di vir, multa olim & mira memo-  
rabat super IGNATII virtutibus  
& sanctitate; velut, cuius arcana  
studiaque animi penitissimè per-  
calleret. Ea res tandem com-  
perta; vehementer IGNATIO est  
displicita: quare supremis illi o-  
bedientia legibus interdixit, ne

quid se superstitie porro auderet. Quod ille cum ægre se cauturum ostenderet; I G N A T I V S, ne qua inuito elaberentur, desijt ad eum redire. Interim senex sæpe optabat, paucos dies I G N A T I O superstities esse, vt, legibus solutus, quæ de ipsius virtute nosset, euulgaret. Verùm D E O visum, triduum quàm I G N A T I V S oppetebat, Iacobum præripere. Quod factum I G N A T I I precibus esse, non absurdè est creditum. 145 Comparauit verò tantam sui ipsius cognitionem, vt annis compluribus, nulla inanis gloriæ cogitatione turbaretur: nec erat alia animi pestis, à quâ minùs timere se diceret. Etsi alioquin palàm est, ea lue afflari bonos subinde viros, & non è vulgo sanctos. Hac tali demissione res ceteras omnes condiebat: Hinc illa vestitus, quamuis mundi, vilitas; hinc

pau-

pau  
ten  
esse  
neb  
ægr  
ner  
nor  
teri  
uis  
tan  
mo  
sue  
ten  
me  
lus  
stir  
aff  
les  
lau  
eu  
sua  
ob  
m  
ru